

2. De nuptiis amite & fratris filia cum filio fratris & patruo.
 Exat iusto semper celebrandi Imperatoris domini Alexii Comneni, ad suggestionem proedri illius & heteriarchi Bardæ Zerî, mense Martio, indictione decimaquinta edita, & ad illius temporis sanctiss. patriarcham dominum Nicolaum, ac sanctam divinamque synodum missa, que amitam & fratris filiam cum patruo & fratris filio, tametsi sexti gradus cognationem ea affinitate obtineant, citra impedimentum jungi statuit. Quam iustionem synodali subnotatione, que in memoria patriarche domini Nicolai codice reperitur, insertam legas.

3. De sponsalibus Novella celebrandi Imperatoris domini Alexii Comneni, emissâ mense Julio indictionis septime anni (ab orbe condito) 6592.

Sponsalium nuptiarumque terminos venusta superiorisque ætatis legislatio longe separavit: horumque intervallum magis quam Mylorum² & Phrygum³, proverbium⁴ notum fecit. Verum qua sub felicis memoria patriarcha domino Joanne Xiphilino synodi opera confecta est subnotatio (cui etiam perpetuo inter Imperatores celebrandum dominum Nicephorum Botaniatem per aureâ bullâ scripturam autoritatem largitum esse comperit) quæ multum inter se dilabant, in unum contraxisse cernitur. Qua ratione quod synodica decisio de nuptiis promulgata, hoc ille dixeris verbis de sponsalibus censet, duobus fratribus duos patruales sponsare non permittens. Atque promissa quidem plebs indiscriminatam rem aggressus, & se in synodalis statuti sensum mergere profusus nequens, sine ratione quidam sponsalia efficit, fingebat, neque quo pacto cautius firmarentur, exacte constituit valebat. Interdum etiam mentis sine inconsiderantiam adversus absolutam ecclesiæ normam venditabat. Verum imperatoris nostræ majestatis pietas peritus considerationem auspiciata, ubi apparentem contrarietatem recte diducisset, per præsentem legislationem, optimam adinventam consonantiam. Posteaquam enim vetus lex sponsalia in sola contrahentium voluntate constituit, nihilque amplius quam de consensu, intrumentis, atque sponsalitiis arhis elaborat: nobis autem vite negotia ad longe legitimum, magisque sacrum divina gratia devenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ solum, verumetiam sponsalia peragendam sacram benedictionem sibi junctam habent: ac certum tempus primæ conjugii conjunctioni per recentiorum sapientissimorum Imperatoris domini Leonis functionem est promulgatum (in maribus nuptiarum tempore decimumquintus, in feminis decimumtertius: quod profecto tempus ad perfectam conjugii cohabitationem vetus lex sufficiens esse iudicium) necessarium esse potentia nostra iudicavit, ut per præsentem oraculum firmiter definiat, proprie illa esse sponsalia, & revera secundum exactæ synodalis normæ considerationem cum nuptiis æquipollere, quæcunque tempus quod Imperatoris D. Leonis factio determinavit, integrum sibi habuerunt, & facta benedictio consecuta est, atque in illis synodalis decisionis observationem valere debere. Si namque contrahentium alteram partem morte forte aliove fortuna casu, aut sententiæ mutatione recedat, ad aliudque vite consortium transferri contingat: non exiguis hic absurditatis tractus exisset, si præambula nuptiarum preces in sponsalibus peractæ, tanquam vanum aliquid & temere accumulatum reputentur, & indiscriminatæ res intelligatur, quasi si Deus per sponsalia inter conjugendas personas introductus non esset. Hoc autem commemoratoris celebris Imperator recte sequens, sancti universalisque sexti Concilii canonem, consuetudinem coire vetuit, adulterium rem manifeste statuens, cum aperta veteris legis contrarietate pulchre conciliavit. Quoniam post benedictionem sponsalis factam, separatim ea secundum ejus vocem iustorum sponsaliorum esse solutio. Quod si sponsalia quedam secundum multorum consuetudinem congruenter iam contracta fuerint & intrumenta confecta sint, nondum autem statutum tempus, quo Christianis debita benedictio fieri consuevit, advenit, neque solennes super desponsatis preces per sacerdotem pronuntiatæ fuerint: hæc sponsalia quantum ad exactam ecclesiæ diffinitionem, neque esse, neque dici iusta possunt: neque vero adversus hæc synodalis subnotatio efficaciam habet, sed tanquam hominum placita simpliciter per ipsas leges confirmata, autoritatem ferunt, vetusque legislatio in illis firmitatem obtinet. Hoc enim pacto cum vetusta lex, que antea de sponsalibus promulgata est, integra conservabitur & intellectum, & interpretatum, inactum atque intentatum custodietur. Quandoquidem vero hæc ita sunt explicata, & hæc vera sponsalia designata sunt, quæ cum sacra benedictione, statutoque tempore peracta esse noscuntur: quæ vero secundum antiquorem legislationem sunt, veluti hominum placita stipulationibus onstantia vim habere, atque soli præse legi, quæ certas personas ad se junctam sponsam ingredi prohibitas reuoluit, in his valere concessum est, quiddam cum conveniente Christianis honestate conjunctum, præsentis oraculo nunc etiam addi oportet. Quia enim non secundum exactam, convenientemque rationem veteris, novæque legislationis decreta peragebantur, sed promissum vulgus antiquiori legum autoritati adhaerens, post septennale tempus citra dilationem sponsalia celebrabat: ac pro arbitrio quisque ad desponsatas ingrediebatur, continua consuetudine atque libertate concessis ad colloquia amoris flammam accendens: factorum autem pars Novellam Imperatoris iustionem secuta, inter sponsalia & nuptias distinctionem ponebat, primum preces sponsalitiis, ac deinde matrimoniales conjugendas accendens: atque conjunctim simul & eodem tempore, quando interea vel minimum quidquam incidere, isthæc pericuebantur, & sponsalia nuptiarumque uno spatio peragebantur: hoc tanquam sine distinctione fiat, nostra pietas corrigens per præsentem generalem iustionem sancit, ut qui ad annum contrahentium septimum, & deinceps usque ad decimum quartum, aut duodecimum veluti imaginarii sponsaliorum contractus sunt, legitimorum firmorumque sponsaliorum vicem non ob-

1 Permissis etiam in sexto gradu. 2 Mylorum ultimum, proverbium. Mylorum populus contemptissimus habitus fuit. Cicero. *orat. pro Flacco* & Strabo 12. Phrygæ plerique in melior, proverbium, vid. Cicero. *pro Flacco*. 3 Phrygum ultimum de Mytis & Phrygiæ vestibus trimetris huiusmodi fuit: *Χρηστὰ μαντήρια & Φρυγίαν ἐργασίας, τὸ δὲ ἀριστὸν χλωρόν*, sunt separati Mylorum Phrygumque termini, sed finire perquam

neant: sed tantum tanquam confirmata stipulationes habeantur, atque secundum aliorum contractum naturam operentur. Et ad hunc quidem modum apud omnes subditos nostros illa obtineant: ut tamen interterium vetus lex, que de sponsalibus promulgata est, in personas ad se junctam sponsam ingredi prohibitas plenam efficaciam habere debeat: idque quo is status quem in Christianorum republica vigere convenit, augmentum accipiat. Nam tametsi ea res secundum exactam rationem, perfecta sponsalia non sint: attamen qua quod agitatur, sponsaliorum propositum habere videtur, atque inde nuptiarum fundamentum jaci incipit: magna profecto ratio est, quamobrem a lege prohibite pericue iterum impediatur, adeoque nemo impudenter prociari præsumat, ut in uxorem asumere audeat, quam vetus lex sponsam aliquid factam, diremptis sponsalibus in alterius manum convenire non sinebat. Verumtamen ubi id tempus advenit, quod sponsalibus simul & nuptiis convenire iudicavimus (ubi nempe femina duodecimum annum, masculus vero decimumquartum exceperit) tunc in primis sponsalia decantandis facris precibus, illorumque solemnibus (arha videlicet, gratoque desponsatis osculo) observandis persequitur: atque deinde exiguo longiore tempore, quomodo contrahentibus visum fuerit, intermissis, citra recusationem legitime etiam nuptiæ procedant: non autem multum disjunctæ res simul uno die, & sepe una hora effectum fortiantur. Taliter enim ordine in nuptiis procedente, cum lex vetus, que prohibitarum personarum catalogum fecit, illis non permittens ad se junctam cognatæ personæ sponsam ingredi, observabitur: tum sapientissimorum Imperatoris Novella iusto decore in omnibus & valere & in republica obtinere conspicietur: quin & contrahentes personæ ab intertempore & indecoris congressibus coercita, castam vitam ducent. opportuno tempore, quando sponsalia nuptiarumque ipsis perici convenit, cum sacra invocatione invicem congregantur. Quod si quis contra atque præsentis potentie nostræ constitutione prohibuit id sponsalia conficere præsumperit, neque hæc generaliter & adversus omnes promulgata, que in posterum obtinere debent, ab ipsis Calendis ineuntis mensis Julii instantis 7. indictionis anni 6592. sequi visus fuerit, & ante legitimum tempus, sacramque benedictionem arhas pacifici fuerit ausus, aut etiam in mutuum conspectum contrahentibus personis convenies, atque inter se promissiva omnia habere permisit: tabellis qui arrhabonum contractum conscripserit, a sua statione removebitur, qui vero ante tempus sponsalia confecerit, humane divinqque ire se obnoxios reddent. Eficis namque propter præsentis iustionem contemptum per rerum domesticarum secretarium positam ex stipulatione in instrumentis penam ab ipsorum singulis integram exiget. Credimus vero etiam ipsam Deum adversus hoc infurcturum, quod inter juvenes nequam palam, & destinato introducere non erubescit. Etenim si vetus lex irrita facta est, & perfecta sponsalia sancti nequeunt, verum recentioris legislationis præscriptum ad effectum deducere contrahentes reculant: quid aliud faciunt, quam homines sibi mutuo secundum legem non obstrictos, contra legem inter se corrupti simunt, juvenumque animis lascivos amores per pollutam conversationem ingenerant?

4. De solutione sponsalium.

Mense Martio, indictione decimaquinta, anno 6600. suggestio Curoplate & magni Drungarii Vigla D. Joh. Thracensis, ex qua declarato facta est Imperatoris D. Alexii Comneni, præcedente ipsius Novellam de nuptiis confirmans, ac statuens, ne dissolvi possint sponsalia que facta benedictione munita sunt. Domine mi sancte, cum quidam nuptiarum repositiones liberorum suorum nomine contraxissent, deinde dissoluerent, & sponsaliorum contractum rescindere conarentur, cumque supplicasset sanctæ tue majestati, & ad forum hippodromi remissi, in eo insisterent, ut penæ intrumentum sponsaliorum comprehendere præstarentur, & sponsalia dirimerentur. Cum autem alii contraherent, oportere hæc indissoluta manere, non ut antea, datione penæ dissolvi, & Novellam tui imperii constitutionem de sponsalibus, ante aliquod tempus emissam in auxilium sumum allegarent: que a veteribus legibus recedens, fecit ne aliter perfectorum sponsalia, quam si mas decimum quartum ætatis annum exceperit, femina autem duodecimum, solita preceione in sponsalibus faciendi, cum aliis solemnibus observationibus, nimirum arrhabone & osculo: ut in clypeo Imperatoris D. Leonis Philopho constitutum est: & brevi temporis spatio, vel etiam majusculo, ut iis qui contrahunt placuerit, nuptias differri: non eadem die vel hora concurrere: Divisum est iudicium in diversas sententias: Sunt enim qui censent præstandas esse penas, & sponsalia solvi debere: allegantes si id non procedat, nullam inter nuptias & sponsalia fore differentiam, si quidem nuptiarum prærogativa sponsalia orientur. Præsertim cum arrhabonis et ac ita natura (quemadmodum lex ait) ut si is qui dedit non implet ea de quibus convenit, amittat datum: si autem is qui accepit, reddat in duplum. Alii e contrario indissoluta manere sponsalia putant: dicentes non esse consentaneum, ut que post liberorum perfectam ætatem simul parentibus placuerunt, eorum consensu & facris precibus obligata, datione penæ rescindantur: hoc enim conveniens esse, & accidere quando nudum vinculum processerit, aut etiam sponsalia post septimum annum initiata fuerint iuxta veterem ritum, que nec sponsalia esse tue majestatis lex demonstrat. Sic igitur divisi iudicium sententias, tue majestati vilis servus ejus refero, quærens uti sententiæ adicere se oporteat. Utraque enim pars probabilia proferre videtur. Et per venerandum rescriptum dari mihi postulo interpretationem, qua dilucide pureque dubitationem solvat. Legis enim vigorem obtinebit in posterum: & oportet certam parameque esse sententiam, ne postea amplius in controversiam revocetur. Et interrogationem quidem meam sancta tua majestas æqui bonique consulat. Ego vero audacter etiam de tempore refero. Vils enim servus tuus arbitor iustum non esse, ut eodem tempore sponsalia & nuptiæ dehiantur: sed parvam aliquam prærogati-

difficile est. Hi enim populi non satis habilitati tutati sunt suos fines, suasque sedes, sed subinde aliunde, alio depulsi terminos incertos reddiderunt, vide Strabonem 12. Plinius quoque Myliam in Phrygia collocat, vide Plin. lib. 5. Hæc Pitarachus in synodali separatam ait esse Philophorum & Mediorum professionem, non aliter Mylorum Phrygumque fines. 5 Vid. Novell. Justin. 100. t. 2.

vam vel in tempore habeant nuptiæ, & a sponsalibus differant, que in eo nuptiis sint inferiores. Etenim hoc valde profuturum spero Republicæ. Nam parentes amore quo in liberos affecti sunt victi, & quamprimum iis providere festinant, & securitatem adipisci, temporis angustias impediti, moleste & graviter ferunt. Sunt autem qui & ex contemptu mentiantur annos, amore liberorum ad perjuriam impulsii, quod si sublatum fuerit, & diminuat sponsaliorum tempus, tum & que ex contemptu vecordia parentum fanabunt, & que ex hac contingere suspicamus mala, mendacium & perjurium, convenienter reprimentur. Et sanctum Imperium tuum glorie, magnificentie & honoris fructum ineffabilem percipiet, & altissimas intencasque preces, quod quidem subditis conducibili, utilia & salutaria tempore procurat. Si imperium nihil aliud est quam legitima præfectura: leges autem Republicam teneant indemnem, procul expellentes & ejicientes ea que civili administrationi officunt: regibus autem permittit eis legis ferendæ potestas: opus sane regium ad communem republ. utilitatem, legum interpretationem, ab iis qui rerum potuerunt, fieri, & earum que deficiunt, ad implementum solidi, & ad earum que obscure sunt adjudicationem, quas vel ipsi fanciverunt, vel ante latas offenderunt, ab his exponi. His convenienter cum nostra majestati Julio mense præcedentis sextæ indict. anno 6592. legem fecisset, & Novella 1. constitutione D. Leonis philophi & Imperatoris fundaretur dehiante ut prima contrahentium conventio facta 2. benedictione iustionem, ipsa videlicet sponsalia, & lex antiqua statuit: insituit ea esse proprie sponsalia, & vere nuptiarum potestatem habere, que & tempus Leonis Novella definitum integrum habent, & subsequentem sacram benedictionem noverunt, & in his sponsalibus synodalis decisionis observationem in nuptiis obtinere, quemadmodum & quo tempore beati patriarchæ domini Joannis Xiphilini ex synodali consultatione emissâ declaravit annotato. Cui & inter principes in clypeo D. Nicephorus Botaniata robur invenitur tribuisse. Diserte namque pronuntiat: duos fratres non adicere sibi duas consobrinas per sponsaliorum conciliationem, neque etiam conjugii veritatis personis synodica decisione hujusmodi sponsalia contrahere licere. Quin potius est personæ hujusmodi sponsalia contraxerint, que alterius forte partium morte dissoluta sint, superites alia sponsalia prohibebunt contrahere cum ea persona cum qua, si nuptiarum societas ei processisset, cum defuncta persona contractum inire non possent. Et secundum ea que in hac ab imperiali nostro culmine de his præscripta sunt, gubernari consuevit eos qui nostre orthodoxæ & Christiane resp. publ. sunt subjecti, neque omnino sponsalia initiari unquam, aut ad ius proprie sponsaliorum nomen sortiri, nisi in iis sacra peragatur benedictio, & nuptiis præstitutum tempus habeant. Etenim que alter factæ fuerint, non sponsalia proprie, sed hominum placita per stipulationem confirmata censeri, & tanquam talia effectum sortiri, veteremque legislationem in his vim suam obtinere. Et hæc quidem ab imperio meo accurate tunc constituta sunt. Cæterum, quia nihil de eo quod magnifice suggestisti edictum est, que dicte Novellæ constitutioni desunt, nostra adicere potentia, & dehiat, talia sponsalia que proprie sponsalia sunt immota manere & inconvulsa, ac indissolubilia, utpote Deo inter eos qui conjunguntur interveniente, & primam vite conciliationem confirmante corroboranteque, per sacrum precum recitationem. Nunquam vero ipsa postquam resolverentur dationibus. Neque enim hæc ex hoc tempore contrahentium instrumentis adscribentur. Nam quando solis penis corroborantur, & ex adscribentur, datione etiam earum infirmabantur dissolvanturque: nunc autem cum Deus disjuncta conjungens, sponsalia roborat & constabit, indissolubilia profus remanebunt. Quin facimus ut horum solutio perfecti matrimonii esse censetur. perfecti enim matrimonii dissolutionem facere videbuntur, qui hæc sponsalia dirimere conabuntur. Sic igitur probabiliter & cognatæ personæ, prohibita cum sponsa, vel sponsæ fore nuptias, aut sponsalia primas coentium conventiones contrahere, ab hujusmodi contractibus arebuntur. Si quidem nuptiæ iuxta tempus antiquis & recentioribus legibus nostræque Novellæ constitutione præstitutum servabuntur, cum soltis his observationibus. Nec licebit cuiquam eorum qui in republ. nostra degunt, præter ea que præsentis majestatis nostræ constitutione verita sunt peragere quiddam, nisi Imperator (ut sæpe accidit) sponsalia, & ex sacra benedictione conciliationem intra definitos annos per dispensationem 3. quandam sponsis permisit. Licet enim quisque a Deo rerum humanarum dispensatio commissa est, supra leges dispensare, ut philophorum summo, & veteres legislationes dicunt. Licetbit igitur Principibus, quando voluerint, in angustum cogere & contrahere per dispensationem & utraque sponsalia: nimirum que secundum antiquam legem præstribuntur fieri non minoris ætatis, quam annorum septem, que & imperfecta sponsalia censentur: & ea que juxta Imperatoris D. Leonis philophi summi legem cum sacrum precum recitatione celebrantur, & perfecta sponsalia existunt, utpote cum nuptiis concurrentes tempus habentia, & conjunctionem ipsorum que per sacram benedictionem fit, nimirum perfectas nuptias intra præstitutos ipsos annos circumscribere, ante hanc lata constitutione ab Imperatore philopho summo. Nam ut & sponsalia & ex sacra benedictione conjunctionem sponsis intra præfinitos annos principis decerneret, ab eo constitutum est. Quod si sponsalia non sint perfecta, que per preceationes in ipsis arhis sponsalitiis confirmationem non acciperint, neque definitum nuptiis tempus consentaneum acciperint, qui sponsis conventionem ex sacra nuptiarum benedictione decreto suo permittit, puberibus hæc & impuberibus sponsis omnino decernere. Et hæc quidem ab Imperatoribus per dispensationem quandam efficiunt. Non permittent tamen naturalem concubitum, sed ab eo repellent tam eos qui per sponsalium facram preceationem initiandi sunt, quam qui per divinum carmen nuptiarum precum conjunctionem suscipiunt, intra annos declaratis sponsalibus & nuptiis præstitutos, & tam juxta leges antiquas quam Novellas philophi regis constitutiones. Tunc enim naturalis coitus his concedetur, quando & ab initio lege definitum est: nimirum mare decimum quartum annum excedente, &

1 Novell. Leonis 74. t. 89. 2 Novella Leonis 109. 3 Obnoxiosus, indulgentissimus: unde & obnoxiosus veniam dare.

femina duodecimam. Donec autem vel ambo, vel alter eorum definitum annorum spatium percurrerit, eis non dabitur conjunctionis naturalis potestas, illo a parentibus exigendo, ne circa hujus rei custodiam negligenter & segniter se gerant: ne circa hujus rei definitum naturali coitu tempus ad se invicem conveniant. Si enim per eorum incuriam hoc perpetratum fuerit, tam qui perpetraverit, quam parentes eius, subjicientur penis legitimis eorum, qui virginem intra præstituta nuptiis tempora corruerunt. Sed & si cum Princeps per dispensationem aliquam tempus sponsaliorum, vel nuptiarum præcederit, contingerit ante benedictionem nuptiarum & coronarum, post sponsalia facris precibus initiata sponsos morte separari, superites persona contrahere nuptias prohibebunt, cum quibus contrahere prohibetur jam dicta synodali consultatione. Non erit enim superstitibus permittum ad hujusmodi personas ingredi, quod tempus perfectorum sponsaliorum non invenitur concurrentes. Nam que per Imperatorum dispensationem peraguntur, idipsum dispensationem pro tempore ferunt auxiliantem, idipsum dictum est, legem condere & dispensare Imperatoribus permittunt. Nam est in imperfecta ætate sponsalia, & nuptiæ hant, cum talibus certe personis contrahere prohibebuntur, cum quibus contrahere perfecta nuptiæ, & perfecta facris initiata sponsalia non sunt. Et hæc obtinebunt etiam in his quali perfecta ætatem contrahantur, que & in perfectis nuptiis obtinent, que sine Principis dispensatione sunt. Constitutione igitur ante promulgata Junio mense vii. indict. anni 6592. juxta omnia que ita disposita sunt inviolabiliter obtinente, nullo enim modo per præsentem constitutionem mutata est, quin potius repletur & ad integritatem reducitur. Quæ vero nunc per præsentem & in perpetuum valituram constitutionem nostra definiti ferentis, & in omni oratione manifestata quam primum fieri curato, illustris sine Curoplate, & magne Drungarie Vigla: ut nemo eorum qui sub ditone nostra sunt, ignoret ea que pro ipsorum utilitate a nobis sancita & constituta sunt. Nam omnem Christianissimam multitudinem præsentis constitutione frui volumus, ne quis ex omnibus ignorantiam hujus constituti juris unquam pretendat: cui debet auxilio esse in omnibus iudiciis, & omnibus que nostri imperii sunt provinciis, & apud omnium ecclesiarum que in his sunt Præfules, eosque qui observantur ab omni Christiana civitate. Actum Martio mense præsentis xv. indict. anni 6600. Excepto eo quod est sponsalia sacra preceatione initiata debeant indissolubilia manere, non omnino tamen nuptiæ posthac indissolubiles servabuntur. Sed quibus ex causis hæc solutionem admittunt, isdem & sponsalia dissolventur. Mense Martio indict. 15. rubris literis.

De chartophylacis.

Imperium meum, quod ecclesiasticæ honestatis maximam curam gerit, & bonum quidem ordinem cum in omni civili ratione queritur, tum autem multo magis in rebus divinis cum versari fudeat, que utriusque gradui ecclesiastico sunt ab initio tributa privilegia, & eam que in his hucusque obtinuit constitutionem, deinceps quomque esse immutabilem, & perseverare vult, & censet, sanctissime Domine, utpote que per tot annos suscepta, & in usu civili longo tempore verata, & ab alio in aliud immutabilibus hucusque transmissionibus vindicata, ac confirmata sit. Sed quoniam Imperatoria mea sublimitas didicit, nonnullos antilites contentione quadam & glorie studio incitato velle chartophylacis privilegium minuire, & canones in medium adducendo, quando aliquo usu exigente oportet eos convenire, & considerantur excessum ad tuam sanctitatem: non ferendum regie mee majestati visum est, ut res que tanto tempore approbata est, & a prioribus patriarchis, & ab aliis antilites, sed & ab iis qui nunc ob rem non honestam contendunt, longissimi temporis silentio nunc obtineri aboleretur & tanquam neglectum quidpiam convelleretur. Hanc ergo rem decernit esse valde rationi consentaneam & iustam. Si enim contra vellent antilites immobilia non movere, nec ea que iis qui prius fuerunt patribus placere, sed & que iis ipsis longo silentio, & hucusque patientia, probata fuere, rursus in certamen non deducere, recte se haberet, & eis magna gratia haberetur, quod pugnandi studio abjecto, pacem & quietem protulissent. Si autem etiam adhuc nonnulli, verba canonis usurpantes (a sententia enim longe absum) voluntatem suam confirmare conantur, & non recte ordinem ad id quod est inordinatum transferunt: permittit quidem Imperatoria mea ferentis, canones interpretari & declarare contextum, qui facile comprehendendi potest, & pulchre discerni iis qui exacte penetrant, & canonicum sensum attingunt. Hoc autem utique ipsam in antilites increpat, quod cum canonem scirent, & ejus verba perfecte intelligerent, suam ipsorum conscientiam præter rationem conculcarent, & dum disturbaretur canon, tolerarent, & in anterioribus chartophylacibus inferiorum sedem elegerint. Et his mercedem contemptum sacrorum canonum, dat expulsiorem ad proprias ecclesias: canonem ecclesiasticum hic sublequens, & canonum contemptoribus sacros illos canones in subsidium opponens. Neque enim pontifices occidentaliū præfules, qui longo tempore sibi creditorum oculum curam non gesserunt, nec ut oportebat iis præstarent, dicere possunt, hostium vadium que per orientem grassata est, impeditum fuisse, indeque rationalium oculum episcopatum esse solutis. Et quod ita quidem a meo imperii depositum est, iudicium ipsius rei gesta reliquit. Quoniam autem & illud ad aures ipsius perlatum est, aliquos ex ecclesiæ clerico in ferendis suffragiis præteriti, iisque præferri nonnullos inferiores sorte & ætate & statu vite meliore, & qui non multum pro ecclesia laborarunt: ea res nequaquam visa est sacra antistitum synodo digna. Unde religiose simul & regie mandat, ne ludatur in non ludicris, neque affectui indulgeatur in divinis, (ubi enim anima est id quod periclitatur, cujus alterius cura gerenda est?) illi autem præferantur aliis, & in suffragiis honorem ferant, quos cum doctrina vita ornat inculpata: aut deficiente forte doctrina, diuturnum tempus, & multus circa ecclesiam labor, defunctum implent. Sic enim & suffragiis recte iudicant, nec in sue anime condemnationem arguantur, Deo sententiam ferentes.

4 De Drungario Bigie, vel Vigla dixi quidam in Nomenclatogæ meo Harminopol.

6. De Doctoribus.

Nota ex hoc presenti canone, potestatem docendi populum solis episcopis datam esse: & magna ecclesie doctores patriarche jure docere. Hoc autem etiam ostenditur ex Novella illustris Imperatoris domini Alexii Comneni, que describitur & quomodo illi sunt extra ecclesiam eligi, & decernit omnibus doctoribus tam illis qui sunt extra ecclesiam, quam illis qui sunt intra, tres asperorum libros, & frumenti modios quinquaginta, & hanc aperte decedit. Sit autem & hic doctoribus honor tribuitur, ut iterum in propriis ecclesiis, propter quas fecerunt, statim post officiales proximi patriarche assideant, tanquam ejus personam representantes. Audimus enim cum qui Pontificis locum tenet maximum gerere honorem: & nemo poterit ad hoc contradicere. Qui autem & verbo & opere digni sunt, quorum ratio habeatur, ad doctrinam ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia ministerium introducantur, & per docendi munera ad officia ministerium introducantur.

7. De electis ad orientales ecclesias.

I Ege jussionem, que mense Novembr. 2. indict. emissa est, illustris imperatoris domini Alexii Comneni, decernentem, eos qui in orientales ecclesias electi sunt, & iterum suas habere preposituras & adelphata, & officia: Dicit Imperium meum, sanctissime domine & universalis patriarcha, quod cum in Dei ecclesia electiones procedant quidam eorum qui electi sunt, in monasteriis prioratum tenentes, & administrationem habentes, vel alia etiam ministeria exercentes, & omnino monachi existeres, alii autem in magna Dei ecclesia, & aliis ex officio, & aliis quibusdam ministeriis, ea que victui sufficiunt, possidentes, & agere ferunt pontificale jugum subire, & illis ecclesie preesse, in quas renunciati sunt: veriti ne, quum episcopi ecclesie in orientis partibus sitz sint, eis necessaria desint, utpote cum ecclesie, in quibus electi sunt, redditum non ferant, & sint ipsi omnino inaccessibiles: priventur autem & ipsi, eo quod illarum regionem suscipiant, prefecturis & economiis que sibi adfunt, & aliis muneribus & iis que simpliciter dicuntur, adelphata, & officia, & quibusdam aliis ministeriis. Meum itaque statuit Imperium, ea que ad ipsos pertinent, dispensativa quadam ratione disponens: ne quis propterea pontificale jugum subire recuset, si enim omnes rursus fruentur iis que sibi adfunt prefecturis, & economiis, & aliis ministeriis, ac muneribus, & officis, & que illis adfunt adelphatis: & doctrinam rationem subeuntes, a se suscepro ordine perfectam, & ab ea que nunc est clerici calamitosa forte, ad meliorem clerici suocellum eis attributarum ecclesiarum, que ab eis, ut dixi, adiri non possunt, ut que ab infestissimis teneantur hostibus, pervenerint. Sed hanc que a meo imperio constituta sunt, locum non habebunt in officis, vel gradibus sacerdotum, diaconorum, & ceterorum clerici magnie Dei ecclesie. Pone ergo presentem constitutionem in codicibus chartophylaci, seu tabulari magna ecclesie.

8. De erigendis episcopatibus in metropoli.

I Nterim autem scire debes in mense Majo, decima indictione, anno 6665, exiisse edictum ab illustri Imperatore D. Alexio Comneno, continens, cum metropoli Basilei, & metropoli Madytana vidue essent, & antistitum electionem fieri oporteret, exurrexisset Heraclianum & Ancyanum metropolitatum, & dixisset non debere eas ecclesias, etiam metropolitatum dignitate honorate sint, a magna ecclesia partibus antistitem suscipere, sed ab ipsis, eo quod Madytana quidem ecclesia sit Heraclee episcopatus, Basilei autem ecclesia sit Ancyanum metropolitani episcopatus. Et cum ut essent illi metropolitani duodecimo canone Chalcedonensis synodi decernerent, & decretum fuit imperiale in presentia tunc convocatae synodi consentientis, unaque decernerent, licere Imperatori pontificalem thronum ecclesie largiri, & episcopatus, vel archiepiscopatus in metropoles erigere: eaque que ad electionem pertinent, & reliquam dispositionem prout ipse voluerit, describere: nec a canone impediri, qui statuit metropoli jura servari, que illi adferunt ab initio in honorato episcopatu. Et lege hoc edictum quod interpretatur, quomodo debeant servari jura antiquae metropolis, & non dividendam esse unam provinciam in duas. Nos enim eo quod sit prolixius, hic integrum non posuimus. Hoc ipsum autem edictum post decretum quod continet, debere ecclesias que sunt honorate, justu Imperiali a throno Constantinopolitano presulatum electionem accipere, nec eos qui paulo ante erant, metropolitatos ullam in eis partem habere, hanc quoque expresse continet. Quoniam autem rursus quoque antistites Chalcedonensis synodi canonem adducunt, eos qui justu Imperatoris altiore throno digni habiti sunt, dicebant prater canones honorem perfectionem consequi & rationis expertes eorum appitiones coerceri volebant, & canonicam auctoritatem afferbant: imperium meum, & Imperialis potestas, quod ei a divinis canonibus datum est privilegium, neglecti haberi non sinens, & antistitum ob honoris provocationem supplicationes, ut non canonicas, neque legitimas, appellationis eventum accipere nolens, statuit episcopatum non aliter in sublimiorem thronum erigendum, archiepiscopatus scilicet, vel metropoles, quam si Imperator illius temporis, proprio motu impulsus, gratia humana non intercedente indecora, voluerit illam que est superior, ac eminentior, dignitatem ei

1. Aspron, Glossis nimirum: ἀσπρόν, asprino, candor, que de re alias dicuntur. 2. Hodie Augustus. 3. Benedictio sacra in servorum nuptiis non minus constantia est, quam constantium nos & baptizati ad sacram communione.

præbere, vel propter civitatis honorem, vel propter ejus fidem in sanctam ecclesiam, vel ejus qui illi presentem virtutem honorans, & ex eo sua sponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem sublimem largitur, divinum canonem metus incurrit. In quos ne sepe Imp. incidat, permittit & sanctissimo ejus temporis patriarche, ne aliter a quovis allatum de cuiuscunque ecclesie primatu chartam conferat, nec ejus presulem inter archiepiscopos, vel metropolitatos recipiat, quam postquam de ea re ad Imperialem potestatem retulerit, & quid facis cautum sit canonibus docuerit, intellexerit quod Imperator, proprio motu iusta de causa ecclesie hunc honorem largitus est. Tunc enim & eam admittit, & in eorum qui sub se sunt antistitum numerum illum cooptabit, qui presentiore honorem ab Imperatore sortitus fuerit.

9. De testibus, & benedictione matrimonii servorum.

I Ege etiam Novellam Imperatoris domini Alexii Comneni, que edita est de non admittendis testibus qui contra opponuntur, quando testes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamant: & de eo quod liberi servi non fiant qui sacram benedictionem acceperint, que his verbis hæc persequitur: Duo hæc ad aures mei Imperii pervenerunt, sanctissime domine, quosdam eorum qui ad sanctum & magnum divini verbi sapientia templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus suum ad libertatis ostensionem allegantes: (dicunt enim se ex liberis parentibus esse natos, Bulgarsis forte, vel aliquibus aliis, quos in servitutem nostra accepit, Respublica) ea quidem que dicunt demonstrare permittit: & postquam testes omni exceptione majores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, absque impedimento, quum semper in iudicio subsistere non possint, servilis conditionis onere rursus opprimi. Et quando matrimoniales sint servorum conventiones, & conjunctiones in nostra republica, eas tamen sacram non sequi benedictionem, caventibus dominis ne servos inter se invicem cum sacra benedictione conjungant, & ex eo ad libertatem perveniant. Eorum utranque convenienti correctione opus habere censuit, & propterea hanc constitutionem magna cum cautione & observatione edidit, per quam statuitur de iis qui ad libertatem proclamant servis, ne si qui contra adducuntur testes, ut libellam, locumve habeant, in quocunque seu civili, seu ecclesiastico iudicio: sed si soli qui proclamant, legitimis probationes afferant: & si in quidem testibus abundet qui iure sunt recipiendi, neque calumniam induci, testium juramento iudicium solvatur. Sed non aliorum induci, testium adversariorum inaequalitas eorum dominis permittantur: ne magna adversariorum inaequalitas sit inferioribus damni causa: sed quemadmodum in iis qui idem tributum solvunt, lex beatissimi domini Basilii potentibus adversus pauperes contrarias productiones non permittit: sic & hic dominis adversus servos vis contrarie productionis extincta erit: & sola apud eos valebit adversus testes illata criminatio contraria productione non omnino iis excluda qui ad libertatem proclamant, quando ii qui trahunt in servitutem, eos adversus illos qui iure sunt liberi produxerint. Inferioribus enim & imbecillis presens constitutio gratificatur, & quod eos juvet subministrat: non autem pro majoribus & potentioribus editur. Adicit autem, & benedictiones non solum in liberis, sed etiam servis valere. Et nuptias non alioqui legitimas & Christiana institutione dignas esse & existimari, nisi etiam benedictio eos qui conjunguntur obliget. Absurdum enim esset, cum una in omnibus Christiana fides valeat, & unus sit in consensu baptismus, per quem ad Dominum deducti sumus, & eadem salus a nobis omnino speretur, nonnullis hanc obortam esse suspensionem, quod servi sint non minus participes, & liberi quidem matrimonio invicem conjungantur prius oratione collegati: servi autem a tali bono excidant: & Deum non assumant in congressu benedictione, vel metant, si eum assumpserint, ne herus in dominio injuria afficiatur, illorum servitio privatus. Si hoc autem locum habuerit, sanctum quoque baptismum timere oportet, ne servi a dominis alienentur: sed etiam immaculatum mysterium assumptionis, & ne per eam ab illis quoque alienentur, quo fiet ut in servis intereat magnum & venerabile divine fidei nomen: & non solum hominum, sed etiam diaboli fieri sent homines. Eorum autem domini in periculo quoque venient, ne dum ministerio hominum privati formidant, a Dei gloria se ipsos abalienare sustineant. Sed neque hoc est rationi consentaneum, & sacram benedictionem in servis quoque valere, sequum, & Christiana institutione dignum est. Verum enimvero fortuna novis in hominibus diversa esse dominium, & servitutem. Et que nostra accepit respublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem dominus omnium, una fides, unum baptismus, & quod ad fidem quidem attinet dominii, & servitutis differentiam non cognovimus. Omnes enim sanguinem ex aquo servi ejus, qui nos suo divino & vivifico sanguine redemit. Et quoniam hæc sic recte & utiliter constituta sunt: oportet magnam tuam sanctitatem hæc omnia in omnibus ecclesiis manifeste reddere: ut qui eis presunt, ea que ad libertatem pertinent, sic examinentur, contrarias testium productiones adversus servos dominis non permittant, & omnibus in suis provinciis manifestum efficiant, eos qui non cum sacra benedictione servos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium constitutere, sed fornicatorium coelum & statum confirmare. Quos enim non conjungit Deus per sacram benedictionem assumptam, hi omnes ad peccatum conveniunt: & sicuti hoc ab aliquo, quocunque sit is, factum

nem admittit, quorum tamen intervenga nulli in libertatem adferuntur. 4. Conventio in his conditione videtur: quodammodo liberi heri: sic enim olim Echinus servi sicuti Latini convivi adhibitione 1. Gaius l. c. 2.

renun-

renunciatum fuerit, sciant domini se non solum ira divine fore obnoxios, sed a servis quoque abalienatum iis, eis abductis in libertatem. Cum eis enim liceat servos suos jure invicem conjungere, & integrum in eos habere dominium, nisi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident: presens autem constitutio non solum debet in ecclesiis, que ubique sunt, promulgari, sed in omni etiam civili foro deponi, tradi autem etiam his qui in provinciis magistratus gerunt. Quoniam autem in nuptiis servilem fortunam habentibus nuptia prius facta sunt, & nuptie convenienter inique que hucusque invaluit consuetudini procefferunt: oportet in iis quoque sacram benedictionem fieri, ut per eam, etiam si tarde fiat, id quod est colendum, ac venerandum, habeant, superioribus observationibus etiam in hoc conjugio obtinentibus.

10. De oblationibus, & aliis ecclesiasticis juribus.

Q Uia autem de oblationibus & aliis ecclesiasticis juribus emissa est constitutio illius incliti Imp. D. Alexii Comneni ad suggestionem quorundam diaconorum, qui curam patriarchalium monasteriorum habebat, Decembrem mensis quinte indictionis, scito eam hæc ad verbum continere. Observationem & correctionem animæ lapsam constat habere sanctissimo ejus temporis patriarcham, tam in liberis monasteriis, quam in traditis, & donatis, & iis que ad administrationem, vel dispensationem data sunt. Jus enim habet subministrare, & contractanda delicta animæ & secularia & publica monasteria, & ut semel dicam, omnia que sunt sub ejus regione, sive sint patriarchalia, sive Imp. & que sunt sui juris. Et in propria quidem que superiores Patriarchæ ad incrementum non eleocant, absque impedimento, quando volent ingredi, sive ipse per se, sive ejus iustione, quem ipse ex Ecclesiasticis elegerit: & ea perscrutari dignum esse statuit. Libera autem & sui juris monasteria, quando ad sanctissimum dominum meum, & patriarcham delictum in monasterio factum pervenerit, sive aliqui ex fama aliquorum vel etiam unum audierit, tunc, ut dictum est, ingreditur, & perscrutabitur delicta animæ, etiam si, qui dixit, nolle subire probandi periculum. Homo enim Christianus, quando aliquid factum audivit, debet hoc dicere communi patri & antistiti: fortasse enim non vult hoc subire periculum, & propter hujusmodi causam delicta animæ inobervata & incorrecta relinquere, et hoc valde absurdum, nullo quocunque scripto Imperatoris, vel patriarchali hoc prohibente. Sed monasteria quidem debent non innovata conservari in perscrutationibus eorum, qui mittuntur, nullo inde sumpto dato. Tunc enim animæ delictorum correctio facile, si Deus volet, fiet. In monasteriis autem non solum alia animæ delicta inquirent, sed etiam ad dissoluta sint, vel dissolvantur in parte, vel in universum, ab iis qui ea accipere, & si inveniet in iis aliquis fieri diminutiones, coget eos, qui ea decernunt, restituere, quemadmodum accipere, & secundum monasterii facultates. Sed in illis quidem qui propter inopiam non sufficiunt ad statum, in quo ea accipere, que sunt quidem effecta meliora & aucta, cum recte se habeant, non inveniunt, sed manebunt ut se habent. Qui autem ea decernunt que sunt illis tradita, ut regimen & administrationem ad tempus suscipiant, & eis damnum afferunt, si nolint in eum quem acceperunt statum ea restituere, eis auferuntur, nec ab iis que habent scriptis juventur, eis dato convenienti de presinito. Interea autem dum penderet terminus, debent observari an ipsis eorum de in integrum restitutione operibus vacent, ut ostensum est. Tum enim etiam terminus servabitur. Renunciationes autem, quoniam prater canones dantur & accipiuntur, omnino cessant: & qui accipere, vel dare inventus fuerit, si est quidem monasterii prefectus, ex prefectura expellatur: si autem beneficiarius, & monasterio expellatur. Quæ autem ab iis, qui ad tollendam veniunt, sunt offerentium spontanea voluntate oblationes, suscipiuntur, & describuntur in breviario monasterii, de iis que offerunt etiam sanctissimo patriarchæ: & quando viderit aliquem secularium titentem propriam salutem, quomodo continget inhiberi patriarcham, quominus in monasterio eum collocet ad salutem animæ ejus qui accedit? circa ullum enim impedimentum sanctissimo patriarchæ licebit collocare, quam charitablem, licet documenta habeant. Præterquam, si jubet sanctissimus meus dominus fraternitatis usum accipere secularium alique vel etiam monachum ex alio monasterio ab eo differente, ne det seculari vel externo monacho monachatum, & gravetur monasterium adelphato, si enim gravetur, omnino deest accedit latorum quispiam, qui est omnino inopis & pauper, ad sanctissimum meum dominum, vel ex antistitibus qui suos thronos perdidit, & sunt inopes, & voluerit statueri ut in victim capiat & ditori aliquo monasterio, hoc recte facit, non supra facultates numeri eorum qui sunt ordinati, monachi enim, qui sunt inopes, debent præferri ceteris omnibus ad ea que sunt sibi necessaria capiendi.

11. De foro clericorum, & de iudice per rescriptum prohibito causam ad se transmissam disceptare.

S I vero partitio inter adversarios fuerit, & alterum mundani status esse appareat, alter in sacrum clerum allectus sit: actor foro rei

per omnia subjacebit, & interque ad competens iudicium abibit: nisi si quando tribunal imperatorum aliquis requirit. Tunc enim omnibus cessantibus Imperatoria majestas litem dijudicabit, & decidet controversiam. Verum hujus aureæ bullæ segmentum, quod statuit, ut quicunque ad qualecunque tribunal trahatur, si imperatoris tribunalis auditorium requirant, admittantur: irritum factum est ex posteriore jussione ejusdem Imperatoris domini Alexii Comneni, que vulgata est mense Majo, indict. 3. & statuit post proœmium in hæc verba. Presens igitur omnibus vobis, qui iudicis præcitis, Imperatoria mea majestas, ne unquam postquam ulli obtemperetis rescripto, habeat, tamen si citabatur sub signaturâ sit, tamen cerea bullæ sigillum habeat, sed siquidem post libelli oblationem intra viginti cognitionis dies, qui in iudicium pertractus est, dimissionem Imperatoris nostræ majestatis impetret, que alterum iudicium illi cui prius causa transmissa est, adjungat: in unum convenienti constituta iudices, & legitimam decisionem controversiis imponant. Si vero viginti dierum tempus decurrerit, ne alter iudex admittatur (quoniam hoc etiam legi videtur) neque vero pretextu, quod fortasse postmodum statui possit ut causa ad Imperatoris majestatis tribunal introducat, nullo modo, quominus iudicium ferat, impediatur, sed transmissam sibi controversiam ad legis præscripta exacte decidat: ut tamen litigator, si se injuria affectum putet, a provocatorio iudicio neutiquam excludatur. Atque hoc omnes vos iudices cognoscetes nitimini committis vobis lites servare, & legitimam illis finem imponere. Non vult enim Imperatoria mea majestas, ut postquam ex jussione ipsius ad iudicem quempiam controversia transmissa fuerit, per cuiusmodicunque posterius scriptum, quod controversiam, ad Imperatoris meam majestatem introduci demandet, cognitio impediatur: sed ut illa aut eandem iudicem, aut (ut superius dictum est) iudices, intra viginti cognitionis dies cum ipso datos, usque ad finem, ita ut subtrahi non possit, procedat: ac post iudicium finitum ei qui fortasse injuria se affectum putabit, facultas sit ut per provocationem aliud tribunal imploret, aut potentia nostræ audientiam requirat.

MANUELIS COMNENI.

1. De executoribus testamentorum.

Mense autem Majo, indict. 14. facta est Novella sancti nostri Imperatoris domini Manuelis Comneni, que parum hæc statuit: Cum his hoc etiam iis que ante scripta sunt, faciendū coniungimus. Multi homines in extremis suis dispoitionibus procuratores sine executoribus eorum que prescripserunt, relinquunt, iisque Christo, dulci isto ac mundo salutari nomine, herede scripto, rerum suarum dispensationem atque administrationem injungunt. Hoc autem videntur facere, cum pauperibus substantias suas dividi præcipiunt. Quum enim medicinas accipit, adiat Christus, ac una cum illo manum porrigit. Quatenus namque, inquit, uni ex minimis hinc fratribus fecistis, mihi fecistis. Jubemus igitur, ut quando hujusmodi procuratorie dispensationes, & in pias causas distributiones, que ad animæ rectum ductum ac pupillorum, senum atque pauperum educationem & exhibitionem tendunt, proponuntur, in his iudiciorum protelationes, atque qui hinc existunt inanes temporum decursus, locum non habeant. Contingit enim hinc ut defunctorum animæ damnum subeant, & communis omnium boni utilitatis causa late leges commutentur in contrarium. Tum neque iustum esse Imperatoria mea majestas iudicat, ut qui ordo in reliquis iudiciis obtinet, etiam in illiusmodi usurpetur: sed ut talium specierum ambiguitates confidim solvantur: neque libellus detur, & cognitio in tres aut summum 4. dies differatur, nulla judiciaria dilatione introducenda, quid cuique iure competat, disquiratur: citra omnem dilationem utraque pars acceratur: atque ut quid iuris se habere putet, proponat, exigatur: tumque demum per breve tempus, in mensent forte unum aut etiam alterum extendendum, res in controversiam deducta, prout iudici visum fuerit, convenienter dirimatur: in sua sede ac soliditate firmiter maneant leges, que non mox a defuncti morte, sed post aliquot dierum decursum successores ipsius in iudicium trahi statuunt: quemadmodum que hac pertinent, solus in Basilicis tractata sunt. Si vero procurator ad dilationem vergere videatur, eaque evertere dolo deprehendatur: nec quemadmodum testator præcepit, procuratorum nequendo faciat: a rerum defuncti procuratore ac dispensatione removeatur: eaque quibus Imperator licentia inungatur: aut si is forte peregre sit, præfectus urbis una cum sanctissimo ecclesie economo res illas procurat ac dispenfet: qui de his que in hujusmodi speciebus administrantur Imperatori, aut (si fortassis hic peregre erit) sanctissimo patriarchæ rationem reddere debebunt. Non tamen prout Imperator iusserit, defuncti voluntas adimplebitur.

2. De servis.

Ceterum, si quoniam die iudicia cessent, exacte discere velis, lege adorandam illam divinitus coronati optimi ac sancti nostri Imperatoris, domini Manuelis Comneni Novellam, mense Martio, indict. 14. anno ab orbe condito 6674. emissam, atque hæc post proœmium complectentem. Sancimus igitur, ut illi dies feriati sint, quos in presenti constitutione nominatim enumerabimus. Quorum alii omnino toti feriati sint, ut nullo modo ulla ipsorum parte constituti iudicium possit, extra quam si forte Imperator dispensationis modo, aut propter necessitatem (ut multa sæpenumero rerum vicissitudo noviter introducit) in illis etiam iudicium constitueri velit. Alii vero ex parte a iudicibus cessent, a mane videlicet usque ad ipsum divini ministerii tempus: ut iudicibus, precationibus, atque glorificando Deo vacare liceat, ac deinde post divinum sacrificium iustitiae operam navent, secundumque legum vim injuriam passis auxilium